

Z 1776; 3
3 /

DISSERTATIO PRIMA DE ANTICHRESI EX FEVDO PIGNERATITIO

* * * * *

QVAM
PRAESIDE

GEORGIO SAMVELE MADIHN
IVRISCONSVLTO ET ANTECESSORE
ACADEMIAE REGIAE VIADRINAE

D. IVNII MDCCCLXXVI.

IN AUDITORIO IVRISCONSVLTORVM
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SUBMITTIT

IOANNES GEORGIVS FRIDERICVS SCHMIDT
FREIENWALDENSIUS.



TRAIECTI CIS VIADRVM,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI.



DOMINA ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

CAROLO IOSEPHO MAXIM.

LIBERO BARONI

DE FÜRRST ET KVPFERBERG

REGNI BORVSSICI OMNIVMQVE TER-

RARVM BORVSSICARVM ET

BRANDENBVRGICARVM

CANCELLARIO SVPREMO

IVSTITIAE STATORI SVMMO

ATQVE

MINISTRO STATVS INTIMO

A 2

DO-

DOMINO SVO LONGE INDVLGENTISSIMO
HANC DISSERTATIONEM

INTER PIENTISSIMA VOTA

PRO

TANTI MAECENATIS

INCOLVMITATE

ATQVE

FELICITATE PERPETVA

SVBMissa MENTIS VENERATIONE

SACRAM ESSE CVPIT

CAUCILLARIO SAPRIMO

OMM. CVLTOR DEVOTISSIMVS

IOANNES GEORGIVS FRIDERICVS SCHMIDT

FREIENWALDENSIS.

SECTIO



CAPVT I.
DE
VERA FEVDI PIGNERATII QVALITATE
IN GENERE.

§. I.

DICENDORVM RATIO EXPO-
NITVR.

Quam magnae, quamque variae secundum tot tan-
tasque temporum periodos, qualitatis feudo-
rum subsequatae fuerint vicissitudines, latius
patet, quam vt vberiori expositione rem opus sit explana-
tam reddere. Nec rerum gestarum multitudo id iam per-
mittere videtur, nec istius beneficiorum formae, qua dis-
cutienda in praesenti praeципue opusculo versabor, ratio tan-
tam digressionem suadet. Sad si vllum clientelae genus,
Germanicorum populorum super re beneficiaria moribus
comprehensum, enatum, efformatumque in varietate ver-
satum reperitur, pignerasitum certe est feudum, de cuius
natalibus, caussis atque germana indole tantum abest, vt

omnia in lucem protracta atque ad certum modum liquidissimamque doctrinam producta sint, ut potius haud mediocri obruta videantur obscuritate et umbris quasi opacata, difficiliorem ad intelligendum efficiant aditum. Non me mouet vulgarium Iuris clientelaris interpretum infastus labor, qui nulla rerum gestarum, nulla fontium nullaque subsidiorum habita ratione, quibus antiqui et medii aevi monimenta moresque evoluere et aestimare fas est, in ipsam Iuris beneficiari scientiam, si qua alias, magna rerum venustate, grauitate atque amoenitate ornatam, sese penetrare gestiunt. Illi enim ipsi sunt tam pragmatici et, si Diis placet, tam eruditii DD. ut de feudo pignoratitio agentes summa imis miscuerint, et profecto haud scio, an ullum hominum genus in prolixiori Iuris feudorum ambiguitate versetur. Inter omnes, qui de ratione ipsoque beneficiorum pignoratitorum instituto ingenium exercuerunt, nullus maiori ac perspicaciiori mentis acie officio suo defunctus est, quam b. B V D F R V S, Vir amoenissimi ingenii et summae iurium clientelarum doctrinæ, qui breuissime quidem, sed bene eleganterque de feudi pignoratitii caussis atque natalibus sententiam dixit in amoenit. *Jur. Feud. Obs. XIX.* Tam eximia, tamque conueniens cum praeteritorum seculorum Germaniae nostrae statu est meditatio Viri celeberrissimi, ut eam in hoc meo opusculo repetere et quasi memam facere nullus dubitem: *Abhorrens, inquit, a studiis rei oeconomicae Germanorum antiquorum genius ad eos, qui medio aeuo viuebant, deriuatus, turbulentus et bellicus patriae nostrae status, expeditiones in Italiam et terram sanctam sumtuosae, atque ludorum equestrium ac torneamentorum magnifica expensa, aliaeque similes caussae, ita turbabant illustrium et nobilium virorum ac familiarum res, ut perpetuo plerique aere*

aere essent alieno grauoti, atque de contrahendis nominibus
 solliciti expuntis veteribus, noua statim succederent. In his-
 se aerumnis fidei tamen explendae magnam curam habebant,
 utque creditoribus suis cum fortis, tum usurarum securitatem
 praeflarent, *castra*, *praedia*, *latifundia*, *iura*, *utilitates*
eximias producentia, in **F E V D U M P I G N E R A T I T I V M**
 concedebant, hoc modo ac ratione et creditoribus suis, et sibi
 propiscientes, ut pote qui creditores suos fide speciali et vasalli-
 tico obligatos tenerent. Quae quum ita sint, quod ad rem ve-
 ro ipsam in toto suo ambitu spectatam adtinet, nemo inter-
 pretum Iuris beneficiarii scriptorumque, qui peculiares *de*
feudis pigneratitiis elaborarunt libellos, de eorum indele
 et ratione progesuque, veram sententiam tenuit ac expo-
 suit. Ipse enim **B V D E R V S** l.c. *feuda pigneratitia ex non-*
nullis tantum chartis antiquis illustravit, non vero eorum do-
 crinam explicauit, nec explicare voluit. Praeter **B V D E**-
R V M vero, *de feudo pigneratito* opuscula ediderunt **A R-**
N O L D V S K R V P P I V S *Gieffae Hassorum* 1689. **S A M V E L**
S T R Y C K I V S *Vitebergae* 1692. **V L R I C V S M A B B A C H I-**
V S *Argentorati* 1710. **I O A N N E S G O T T L I E B SIEGEL**
Lipiae 1742. et **J A C O B V S R A V E** *Tenae* 1762. Ne-
 mo horum scriptorum praeter unum **R A V I V M** ipsorum
 medii aeui monumentorum atque diplomatum villam ha-
 buit rationem, ipseque **R A V I V S**, quamuis chartas a **S E N-**
C K E N B E R G I O et **B V D E R O** in lucem protractas in au-
 xilium adhibuerit, vim tamen earum non adeo curate per-
 spexit, ut feudum pigneratitium ab aliis rei beneficiariae
 formis rite discernere veramque eius naturam euoluere po-
 tuerit. Omnes hi praeter ea scriptores sat is diuerfa et non
 raro inter se pugnantia amplectuntur principia. **S T R Y-**
C K I V S atque **M A R B A C H I V S** disertis verbis statuunt,
 Longo

Longobardicos feudorum mores pignoratitia feuda plane ignorare, quod vero KR V PPIVS acriter propugnare ausus est, sententiae suae praesidium repetens ex variis Iuris Longobardici capitulis. SIGELIVS autem tam secundum Iuris feudalis Longobardici, quam morum Germanicorum sanctiones feudi pignoratitii veritatem et existentiam plane negat, illudque ex diuersarum clientelae specierum numero eliminare atque radicitus euertere conatur. MARBACHIVS feminas a successione in feudo pignoratitio excludit, cuius sententiam secundum successionis feudalis regulam plurimi quoque amplexi fuere Iuris feudalis Doctores; KR V PPIVS vero feminarum causam in successione ex impropria feudi pignoratitii qualitate peroravit. Vterque horum scriptorum vasallo potestatem feudum pignoratitium, domino in soluendo debito moram contrahente, alienandi concedit, quam vero pariter atque refutandi ipsum feudum facultatem restare negavit STRYCKIVS. Et RAVIVS tandem feudum pignoratitium non habere et retinere pignoris effectum intuitu vasalli contendit, atque adeo mortuo vasello absque successoribus feudi capacibus, heredibus ipsis allodialibus ius retentionis debiti et pignoris causa competere posse plane negat. Ab his autem omnibus, quotquot de feudo pignoratitio exposuerunt suam doctrinam, ego facturus sum diuortium atque summis contendam viribus, ut veram ante omnia feudi pignoratitii qualitatem ex limpidis Iuris beneficiarii fontibus capite primo, iura autem et obligationes ex hoc feudo capite secundo euoluam: deinceps autem demonstrabo, feudum pignoratitium, postquam nexus clientelaris solutus atque finitus fuerit, in antichresin transformari, de quo feudi pignoratitii capite ultimo et mutatione nullus plane huius argumenti

menti scriptorum quidquam pertransiuit, et in eo capite altera fere libelli mei pars versabitur.

DE VERA FEVDI PIGNERATITII NOTIONE.

§. II — V.

§. II.

Ante vero quam ad ipsius argumenti informationem animum adplico, et ordinis ratio et ipsius feudi pigneratitii conditio, interpretum rei beneficiariae Iurisque clientelaris ingenio magis obscurata, quam explicata, deposita, ut de vera ipsisque rebus adcommodata feudi pigneratitii notione curatus meditarer. Quilibet enim ex tanto Iuris feudalis Doctorum numero peculiares fere amplectitur feudi huius notiones, quae quamuis interdum mirifice interf se pugnant, ipsi feudi pigneratitii naturae atque indoli minus adtemperatae mihi videntur. Proinde, ut eo perspicacior prodeat formae huius rei clientelaris comprehensio, ea ipsa rerum gestarum monumenta, quae de feudi pigneratitii constitutione aperte testantur, primo loco et quantum ad instituti mei rationem pertinet, considerabo. His enim perspectis eo facilior aditus erit ad iura in hoc beneficiorum genere intelligenda, quo maioribus, hac explanandi ratione neglecta, difficultatibus fese implicauerunt feudi pigneratitii scriptores. Haec monumenta rerum feudalium duplicitis sunt generis. Alia enim et rem ipsam et nomen, quo hoc clientelae genus designatur, germanice *Pfand Lehen* expressum continent. Alia vero non quidem ipsum nomen, sed tamen ipsam rem perspicue delineatam comprehendunt. Priora debemus consummatissimo ICto *per illistris* quondam SENCKENBERGIO, qui inter alia medie-

B

Ius

*Ius publ. priv. et histor. concernent. part. II. med. I. §. X. et
in adjunctis ad prim. lin. Iur. feud. adi. XXXII. pag. 55.
hujus generis chartas mediæ ævi produxit. Primum
schema, quod SENCKENBERGIVS priori loco exhibuit,
est de Ao. MCCLXXVIII. quo WEHRNERVS domi-
nus de Danlanden WALTHERO militi diœto Kyffalin de Wa-
chenheim dimidiam partem villæ in Assenheim cum dimidia
parte iudicij atque omnium reddituum suorum ex eo loco per-
cipiendorum ad terminum quatuor annorum, duntaxat pro
septuaginta libr. Hallerorum in hanc formam obligavit, vt
ipse teneat et possideat dicta bona nomine FEVDI, quod vul-
gariter dicitur PFAND LEHEN, simulque renunciat iuri
ista bona iure feudi pignoratitj concessa reliundi post tem-
pus hoc praeterlapsum, si intra illud non redempta fuerint, his
verbis: *finitis etiam quatuor annis a Cal. Mens. Martii com-
putandis, si predicta bona in Assenheim a nobis non fuerint
redempta et soluta, ante positus WALTHERVS miles et sui
successores et heredes praemissa bona in Assenheim tenebunt a
nobis et a successoribus nostris pacifice et quiete iure et lege
feudali, nec tenentur nobis DE IVRE consentire ad aliquam
REDEMPTIONEM saepe dictorum honorum faciendam, et
super eo renunciaimus omni exceptioni, defensioni, et omni
auxilio iuris et legum. Protestamus etiam, quod si memo-
ratus WALTHERVS mil., quod abſt intra terminum iplo-
rum quatuor annorum decesserit, nos seruabimus heredibus
et successoribus suis omnes conditiones istius literæ inviolatas
fideliter, et sine dolo.* Altera charta apud SENCKEN-
BERGIVM loc. cit. adi. XXXII. literas recognitionis con-
tinet, quibus vasallus RICHARDVS de HOEMBVRG feu-
dum pignoraticum cum feruicijs conditionatis a IOHAN-
NE Comiti de DAVN et KERBVRG se habere profitetur
verbis.*

verbis sequentibus. Ich Reichart von Hoemburg thun
 kund allermennigliche mit diesem Briefe, als der Edel Wol-
 geborne Junker Johann Wildgrave zu Dune, und zu Ker-
 burg Rheingrave zum Steine, mein gnediger lieber Junker
 dem velen Wyrichen vom Hoemburg meym lieben Vatter
 seliger Gedechtnisse, gegönnet und erlaubet hat, solchen drit-
 tentheil, des Dorffes Hupffensheim, mit seiner Zugehörde
 zu lösen, umb sechshundert Gulden, also das doch dersel-
 be myn Vatter selige, dem obgenannten meym gnedigen Jun-
 kern gelübde und Huldigung davon getan hat, des genan-
 ten dritten Theils in Pfandslebensweise zugebrauchen. Nach
 ladt der Prieffe darüber sagendt, undt ich nun sinen Gnaden
 noch zweyhundert Gulden, von frien Willen, zu der
 obgenannten Summen, thut zusammen achthundert Gulden
 uf solchen ehenannten dritten Theil des Dorffes Hupffensheim
 mit aller seiner Zugehörde geben han, und darzu ein solches,
 undt auch die Offenung zu Vchtersheim von seinen Gnaden
 inne Pfandslehens Wise empfangen auch sinen Gnaden, Ge-
 lübde, Eide und Huldigung davon gethan habe, als dann
 ein Mann sinen Herrn von siner Lehen Wegen billich thun
 soll. — — — Were es auch das der obgenante myn gne-
 diger Junker oder siner Gnaden Erben solche Lehnsschaffe
 wiederumbe von mir oder meinen Erben lösen wolten, so ful-
 lent sie solches mit irem eigenen Gelt lösen und das niemant
 anders in irem Namen, an sich zu lösen geslatten, und wan
 welches Jars oder welche Zitt im Jare derselbe myn gnedi-
 ger Junker oder siner Gnaden Erben mir oder mynen Erben
 gebent, bezahlent und gehn Straspurg in die Stat antwort-
 tent, acht hundert guter Riniſcher Gulden daß wir ihnen
 dan der Lösung des vorgenannten dritten Theils des Dorffs
 Hupffensheim mit aller siner Zugehörte one allen Intrag ge-

horſamb ſin, und ſie wiederumb dazu kommen laſſen ſol-
lent, und wollen. — — — — — ſeine Gnade hat mir auch
die fondere Gnade gethan und mir gegonnet, ob ich ein
andern finde, der mir die achthundert Gulden wieder gebe
und ſiner Gnaden darzu hundert Gulden gebe, das ich alſo
dan demfelben ſolche Lehenſchaft an ſich zu löſen geben
moge. — — —

§. III.

Quae duo rei beneficiariae monimenta, quae no-
men feudi pignoratitii Germanice Pfand Lehen exprefſe lo-
quuntur, ſi comparantur, facili ratione intelligitur, qui-
busnam in capitibus inter ſe conueniant, quibusnam vero
inter ſe diuera ſint. Etenim in eo conueniunt, 1) bona
quaedam pro certa pecuniae creditae quantitate eſſe oppigne-
rata, 2) eadem haec bona, quae oppignerata ſunt, eidem
creditori a debitore simul iure feudi eſſe confeſſa, vt non ex
priori ſolum ſchemate Sec. XIII. adeoque ex fatis an-
tiquo quodam monimento, per verba: *vt ipſe te-*
neat et poſſideat dičia bona nomine FEVDI quod vulgariter
dicitur Pfand Lehen, ſed etiam ex fecundo documento
Sec. XV. longe lateque adparet, per verba: Und auch
— — — in Pfands Lehnswiſe empfangen auch ſinen Gnaden
Gelübde, Eyde und Huldigung davon gethan habe, alſo dan
ein Man ſeinen Herrn von ſeiner Lehn wegen billig thun foll;
adeoque 3) ius pignoris et ius feudi in vna eademque re
eſſe coniunctum et 4) eum, qui intuitu pignoris, debitor
eſt, eſſe dominum intuitu feudi cum pignore in eadem re
coniuncti, 5) eum vero, qui in pignore creditor eſt, ratio-
ne feudi eſſe vasallum et 6) feudum pignoratitium non ipſi
creditori tantum tanquam vasallo, ſed eius quoque ſuccesſo-
ribus

ribus constitutum esse. Verum enim vero in pluribus etiam huius clientelarum generis capitibus ex iis ipsis diplomaticis non leuis intelligitur diuersitas. Nam 1) in priori monimento beneficiario debitori atque feudi domino facultas reliundi bona pignorata ad determinatum tempus, ad terminum nempe quatuor annorum, reseruatur; in secundo autem schemate eadem facultas reliundi indefinite atque in perpetuum tribuitur, 2) in primo dominus renunciat iuri reliundi, si idem illud intra determinatum tempus non exercuerit; ex posterioribus autem literis feudum recognoscens, nulla huius reliundi facultatis renunciatio a debitore et respectiue domino facta adparet, 3) in secundo quod ex SENCKENBERGIO produximus documento, vasallus profitetur sibi a domino ex singulari clementia beneficioque indultum esse, ut eadem bona pignorata, idemque adeo feudum pignoratitium in alium creditorem, salvo manente feudo ipsoque nexu clientelari, pro certa pecuniae creditae quantitate transferre illi liceret, per verba: seine Gnade hat mir auch die fondre Gnade gethan, und mir gegönnet ob ich ein andern finde, der mir die achthundert Gulden wiedergeben und seiner Gnaden darzu hundert Gulden gebe, dass ich also dann denselben solche Lehnshaft an sich zu lössen geben möge. Proinde, quum ea omnia, quae in re ipsa non semper et non perpetuo adsunt, ad eius indolem necessariam referri non possint, sua profecto sponte ad liquidum adparet, 1) vasallum creditorem in feudo pignoratio non ipso iure et secundum ordinariam clientelae huius qualitatem, habere facultatem rem pignoratam durante nexus beneficiario, alienandi aut ipsum feudum pignoratitium absque domini consenu in alium, eandem pecuniam credere volentem, transferendi, quamvis, prout etiam

B 3

ex



ex ipso secundo diplomate lucalenter intelligitur, dominus istam alienandi et feudum pigneratitium transferendi potestatem vasallo, salua huius feudi indeole, concedere possit, quoniam tum nouus creditor in locum prioris *creditoris vasalli* subintrat, eandemque prorsus *pigneratitiam clientelam accipit*; 2) nec ipsam, nec *in perpetuum*, aut *infra certum tempus reliundi facultatem domino*, durante nexus feudali, vindicandam ad feudi huius qualitatem necessariam requiri: cum salua feudi pigneratitii indeole omnino fieri possit, ut dominus durante ipso nexus beneficiario reliundi rem oppignoratam, ipsumque adeo inde simul finiendi feudum pigneratitium potestatem non habeat, quae tamen, postquam alia ratione beneficium finitum fuerit, domino omnino competit, ut ex infra dicendis vberius patebit.

§. IV.

Sed non deficiunt beneficiorum *pigneratiorum* exempla, quibus quidem nominis ipsius *des Pfand Lebens expressi* non habetur ratio, quae vero de ipsa re satis luculenter teitantur. Eiusdem enim plane argumenti est *charata*, quam *Perill. GEO. LVDOV. BOEHMERVS in princip. Iur. feud. §. 76. not. a)* ex origin. *Guelfic. Tom. III.* in auxilium adduxit, qua *HERMANNVS Hildesemensis episcopus A. 1166. Curtem in Smitenflede pro marcis argenti Othelrico de Riuo et uxori eius et proli utriusque sexus in pignore posuit et in beneficium contulit, ut eam iure beneficiali possideret*, eandemque plane vim habent exempla feudorum pigneratiorum ab ill. quondam *BVDERO in amoenit. Iur. feud. obseru. XIX.* illustrata, ex quibus duorum tantum hoc loco a me habenda est ratio. *Primum enim est pignus in ciuitate Imperiali Wetzlariensi a SIGISMUNDO Impera-*

Imperatore Comitibus Nassovicis Sarapontanis cum addita
 qualitate feudali constitutum atque per cessionem, consensu
CAROLI V. Imp. in serenissimos H̄ssiae Landgrauios
 Darmstadenses translatum, vti verba literarum cessionis
 de Ao. 1536. testantur. Die Pfandschafft, und darüber
 die Verschreibung uf vierzehn tausend Gülden vier tausend
 Pfund Geldes meldende, item die Gerechtigkeit an dem Call-
 schmitt, und die Vogtey zu Wetzlar mit dem Geleit, Schutz
 und Schirm des Closters zu Altenburg, die Zugehörungen
 und was wir daran haben von Römischer Kayserlicher Maje-
 stät, unserm allernädigsten Herrn und dem Reich zu Le-
 hen röhren und gehen. Ex hoc ipso luculentoque testimo-
 nio intelligitur, 1) bona quaedam Imperii iuraque illis ad-
 annexa in securitatem determinatae pecuniae creditae Comi-
 tibus Nassovicis esse oppignerata, simulque vero 2) eadem
 bona in feudum iure clientelari concessa esse, 3) Impera-
 torem et Imperium intuitu crediti pignorisque constituti
 esse debitorem, intuitu autem beneficii simul super iisdem bo-
 nis collati, feudi dominum atque 4) Comites Nassicos, in
 quorum locum deinceps serenissimi Landgrauii Darmsta-
 diensis subintrarunt, creditoris, et crediti et pignoris caussa,
 simulque vero vasalli intuitu clientelae Imperialis coniunctae
 personam et qualitatem agere. Alterum feudi pigneratitii
 exemplum in bonis Imperii est in litteris clientelaribus
 ab eodem B V D E R O ex deduictione quadam *Leiningensi loc.*
cit. descriptis, quibus R V P E R T V S senior Comes Palatinus
Rheni Ao. 1379. bona quaedam ab Imperio sibi pignerata
 iterum oppigneravit pro determinata pecuniae summa
 EMICHONI Comiti *Leiningensi* simulque iisdem iure feudi
 concessit, sequentibus verbis, quae naturam clientelae hu-
 ius pigneratitiae simulque pacta illi adiecta, quibus ab or-
 dinaria

dinaria horum beneficiorum qualitate, in praesenti specie
 valde deslestitur, luculenter docent: *Diese nachgeschriebenen Vesten und Güter, mit Nahmen Gutenberg die Vesten halb, Valkenberg die Vesten halb, Mindevelt die Vesten halb, und dazu die dry Deyle an allen Dörfern und aller anderer Zugehörung, die zu den obgenannten Vesten gehörende[n] — — — die obgenannten Vesten und Güter, vonn uns — — zu rechter Mannlehen empfahen haben und verbunden sin, als lang bitz das das Riche die obgenannten Vesten und Güter, die Unnerhand von dem Riche findet, mit andern Schlossen und Gütern die Wir von des Riches wegen inne han von uns wieder gelässt hat, und wir auch dann die obgenannten Vesten und Güter von demselben Grave EMICHEN und sien Erben auch wiedergelässt umb die driffig duffent Gülden darumb wir Jme die versatzet han Und wan das Riche alle Pfandschaft wieder von uns gelässt hat, und wvir auch dan die obgenannten Vesten und Güter von den obgenannten Graven EMICHEN und sien Erben auch wieder gelässen umb die obgenannte Summe driffig tu-sent Gülden, so sollent er und sin Erben dieselben driffig tu-sent Gülden zusammen anlegen an eigen Gu kundliche, vvo das unfer Pfalze vvol gelegen ist, und sollent dann er und sin Lehnens Erben oder ob von sien Liebe nit Lehrs Erben liesse die zu dem Schild und zu der Graveschaft von Liningen gebohren sint, dieselben Güter die sie mit dem obgenannten Gelde also kuffent vorbas[is] eviglichen von uns unfern Erben und der Pfalze zu rechtem Mann Lehen empfahen, haben und tragen — — Ex his ipsis inuestiturae literis, si penitus inspiciantur, non eadem plane solum capita satis distinete intelliguntur, quae ex priori diplomate ex BVDERI opusculo a nobis descripto cognoscuntur, sed etiam exemplum*

plum

plum nobis exhibent *subfeudi* pignoratitii in bonis Imperii a vasallo, qui eadem immediate ab Imperatore et Imperio iure pignoris iureque clientelari acceperat, constituti quam luculentissimum. Et praeter ea simul docent istae litterae clientelares, conventione adiecta determinatam huius beneficii pignoratitii conditionem, ut nempe restituta pecunia a vasallo domino credita, idem vasallus eandem pecuniam in alia bona sibi comparanda impendere atque, ab eodem domino iure feudi iterum sibi concedenda, offerre deberet, atque adeo si haec facta fuissent, illud feudum finito atque soluto pignoratitio, in aliud plane clientelae genus convertereatur, in feudum nempe, ex aliis plane bonis oblatum.

§. V.

His praepositis ex iis ipsis, quae in auxilium aduocavi, medii aeui monumentis, ipsam feudi pignoratitii notionem veram mihi euoluere licebit. Demonstratum dedi ex chartis illis 1) eam rem, quae Germanice dicitur *Pfand Lehen* creditor i securitatem creditae pecuniae pignoratam esse, (§. 2.). 2) debitorem reique oppignoratae dominum ipsi creditor eandem rem pignoratam in feudum concede-re (§. cit. et §. 4.) 3) idemque clientelae genus, quod a Germanis dici solet *ein Pfand Lehen*, feudum hoc pignoratitum esse (§. 3. et §§. citt.) Proinde, nisi me omnia fallunt vera F E V D I P I G N O R A T I T I I notion, totam eius essentiam complexa proditura est, si id dicimus *feudum in re oppignorata a debitore oppignorante eidem creditori, cui oppignorata est constitutum*. Quamobrem secundum hanc notionem sua sponte abunde patent ea ipsa, quae ex monumentorum consideratione (§. 3.) deduximus principia principalia, 1) eandem rem esse infeudatam, quae oppig-

C

norata

norata est, 2) vtrumque, qui in feudo pignoratio obuenit, duplarem sustinere personam, unum nempe eundemque esse debitorem, si res quoad debitum atque pignus spectatur, simulque vero feudi dominum, si quoad beneficium ipsum consideratur; alterum vero creditorem intuitu creditae pecuniae pignorisque constituti, simulque autem vasallum intuitu ipsius feudi ipsi in eadem re concessi nexusque clientelaris eo ex negotio orientis. Plerique in formanda feudi pigneratitii definitione in ea versantur opinione, quod ipsum ius pignoris creditoris in feudum concedatur. Et ita non STRYCKIUS solum in diss. de feudo pignerat. Cap. I. §. 2. et MARBACHIVS in diss. eiusdem. argum. §. 3. sed etiam SENCKENBERGIVS in prim. lin. Iur. feud. §. 376. et per ill. GEO. LUDOV. BOEHMERVS hanc sibi feudi pigneratitii essentiam conceperunt. MARBACHIVS hanc clientelae speciem posuit in iure in re sub lege vasalliticae fidelitatis in securitatem debiti concessio, quam definitionem SENCKENBERGIVS adoptare et suam facere non dubitauit loc. cit. Eiusdem tenoris est definitio a STRYCKIO l. c. proposita, quamvis multum prolixiori oratione descripta sit. Feudum enim inquit, est impro prium, quando dominus pro certa pecuniae summa, aut alioquin obligatus ad aliquid praefundum de re quadam, in securitatem debiti aliquem investit et sibi facultatem reliundi, eaque, quae sub pignore continentur reservat. Verum Stryckiana haec definitio non eodem solum plane vitio corrupitur, quo laborat MARBACHII ceterorumque, qui eandem amplexi sunt, exhibita definitio de feudo pigneratitio, sed etiam suo definito angustior inde redditur, quod facultatem reliundi domino referuatam ad feudi pigneratii essentiam reverterit. Feudum enim pigneratitium sine facultate reliundi

endi

endi domino competente certa in relatione esse cogitari.
 quæ posse omnino palam est ex ipsa charta a nobis §. 2.
 descripta, vbi dominus certa sub conditione renunciat po-
 testati rem infeudatam oppignoratamque reliundi his verbis:
*nec tenentur nobis de iure consentire ad aliquam redemtionem
 saepe dictorum bonorum faciendam et super eo renunciatur
 omni exceptioni, defensioni et omni auxilio iuris et legum.*
 Eandem opinionem, ipsum feudum nempe pigneratitium
 creditorem accipere in securitatem crediti, fouent **CASP.**
HENR. HORNIVS in *Iurispr. feud.* Cap. IV. §. 9. et
BVRCH. GOTTH. STRUVIVS in *Elem. Iur. Feud.* Cap.
 V. §. 20. qui posterior illud esse *feudum in securitatem cre-
 disti alicui concessum* statuit, a qua definitione parum differt
 ea, quam sibi concepit illustr. quondam **IO. IAC. MAS-
 COVIVS**, vir certe inter venustiores Germaniae homines
 magna nominis celebritate ornatus, in nitidissimo *libro de
 iure feudorum in Imperio R. G.* Cap. III. §. 9. feu-
 dum pigneratitium pro eo habens, *quod dominus pro certa
 pecuniae summa, reservata reliundi potestate concedit.* Mi-
 nor virum rerum Germanicarum monomentorumque me-
 dii aeui peritissimum, facultatem reliundi domino referuan-
 dam ad clientelarum pigneratiarum necessariam indolem
 retulisse. Tantum profecto virum ignorare non oportet
 ea horum feudorum exempla, quibus, renunciatum licet
 fuerit reliundi potestati bona, pignerata iure feudi, *quod*
Germanice dicitur Pfand Lehen satis frequenter concedi so-
 lebant. Imo tam vehementer de hac facultatis reliundi
 necessitate interpretum ingenii sese insinuauit opinio, vt
RAVIVS, cuius tamen definitio aliam ob caussam ceteris
 praferenda est, eundem antecessorum suorum errorem
 valde errauerit, quamuis ipse §. 5. diploma a **SENCKEN-**

BERGIO descripsit, quo dominus redimendi rem
infeudatam et pigneratam potestati renunciat. Id sane
non nego, hanc reliundi facultatem ad proprietatem feudi
pigneratii, hoc est, ad ordinariam eius qualitatem pertinere,
dominoque igitur semper *ipso iure*, quoisque huic non re-
nunciauerit, competere. Sed eam quoque ad *indolem*
plane *necessariam* beneficii pigneratitii non referendam esse,
me manifeste chartarum rerumque medii aei geltarum do-
cuerunt exempla. Tandem atro carbone notanda mihi
videtur definitio a perill. G E O. L V D. BOEHMER O in *Prin-
cip. iur. feud.* §. 76. proposita, qui pigneratitum feudum
oriri sibi persuasit, *quum ius pignoris in re certa tradita in-
feudatur*, atque adeo non obiectum huius feudi solum esse
ipsum ius pignoris contendere ausus est, sed etiam SIE-
GEL II sententiam, feudum pigneratitium plane negantis,
optime per hanc definitionem labefactari posse censuit. Ve-
rum enim vero si in feudo pigneratitio ius pignoris ipsum
infeudatum esset, non posset certe non sua sponte sequi,
finito deinceps feudo nexusque clientelari iam cessante,
ipsum quoque simul finitum esse ius pignoris. Iam vero ex
ipsa perill. BOEHMERI sententia, et recte quidem, o-
mnibus heredibus feudalibus extintis, saluum manet heredi-
bus allodialibus ius retentionis in re oppignorata, quae ante
simul infeudata erat, ob ius crediti. Proinde non potest
non ipsa aut Boehmeriana definitio, aut sententia eius de
iure retentionis, ob ius crediti heredibus allodialibus com-
petente falsa esse. Sed haec certe non falsa est, quoniam
post finitum feudum totum remanet ius pignoris. Et ita
falsitas huius notionis omnino perquam luculenter adparat,
cuius generis vitium in viro rerum ad Iurisprudentiam per-
tinentium quidem consultissimo, sed in artificio simul fo-
cundas

cundas formandi rerum notiones ipsisque rebus adtemperata parum versato, ego prorsus non miror. Ius pignoris atque ius feudi in vna quidem eadēque re locūm habent, adeo, vt illa sit simul obiectum vtriusque iuris, sed diuerso semper respectu, et quamvis ad tempus saltim iura sint in vno prorsus obiecto coniuncta, a se inuicem tamen independetia manent, et salua omnino pignoris indole fieri potest, vt durante nexus feudali effectus pignoris aut plene, aut pro parte suspensi sint, quique vero post clientelam finitam iterum reuiuiscere incipiunt. Nec opus est ad diluenda Siegeliana commenta tanta rerum implicatione defungi, quae quoque si dicendum quod res est, suo robore atque virtute plane caret, quum Siegeliana opinionis factores certe dicturi essent, eandem feudi pigneratitii impossibilitatem sibi apparere, secundum ipsam licet Boehmerianam hanc notionem. Ius pignoris enim sua indole depositit rem alienam; ius feudi vero secundum BOEHMERI ET SIEGELII doctrinam rem infeudatam efficeret vasallo propriam. Proinde ius pignoris infeudatum tale ius inuolueret, quod ipsum tamquam ius in re aliena et simul tamquam ius in re propria poneretur, consequenter rem alienam, id est eam, quae creditor et vasallo non propria, simul creditor et vasallo efficeret propriam. SIEGELIVS certe aut potius vt mihi videtur, respondens auctor dissertationis, in talem monstrosum sententiam sese non implicauisset, si veteris et mediæ aëvi monumenta perspexisset, quae ipsam rem euidentissime demonstrant, atque adeo eiusmodi visiones per ipsam chartarum rerumque existentium copiam optime confutari possunt. Et praeter ea SIEGELII argumentum id manifeste petit, quod est in principio, *ius nempe, feudi alicui concessum, rem infeudatam vasallo*

*propriam efficiere, quod ego autem certe falsissimum habere nullus debito, meaque ex sententia ius pignoris atque ius feudi in eo conueniunt, quod species sint iuris in re aliena, prout etiam praeter multa alia indubitate doctrinae argumenta sola vox Germanica *Lehen* facit aperte docet, atque adeo nulla iuris ratio impedimento esse potest quo minus in una eademque re aliena alicui simul plura competere possint iura.*

SPECIES ATQVE MODI FEVDORVM PIGNERA-
TITIORVM.

Iam vero ad diueratas feudi pigneratitii formas atque discrimina, quibus ab aliis plane clientelis discernitur, decurrere fas est. Ex iis ipsis, quae antecedenti doctrina disputauimus, adparet luculenter, feudum pigneratitium ab ipso debitore creditori in re oppignorata constituti debere. (§. III. et V.) Sed potest esse aut feudum primum, aut subfeudum pigneratitium. Si enim a debitorum in re oppignorata creditori feudum constitutum est, atque adeo creditor vasallus simul factus fuit debitoris sui, tanquam domini, vel vasallus eandem rem ipsi oppignoratam atque infundatam alteri iterum oppignorat illique simul in feudum confert, vel non. Priori in casu FEVDVM, quod est inter primum debitorem atque primum creditorem, PIGNERATITIVM PRIMVM seu FEVDVM PIGNE-
RATITIVM IN SPECIE TALE, feudum vero, quod inter creditorem primum, qui simul alterius debitor fit, et creditorem posteriorem constitutum est SVBFEVDVM PI-
GNERATITIVM dicendum est. Proinde non potest non faciliter

facili ratione intelligi, in subfeudo pignoratio *creditorem* primum, respectu ipsius pignoris, quod versatur in subfeudo pignoratio, *debitorem*, simulque autem *subdominum* respectu ipsius clientelae; *creditorem* autem *posteriorem*, qui est ratione creditae pecuniae pignorisque in securitatem eius constituti, *fieri vasallum primi vasalli*, adeoque *subvasallum* respectu *domini primi*, qui secundum subfeudorum indolem *dominus superior* nunc dici potest. Verum enim vero in aestimanda subfeudi pignoratitii qualitate omnino magna opus est cautione. Ponamus enim, aut *vasallum*, qui a suo domino non pignoratum, sed aliud plane feudum habet, in re sibi infedata alicui feudum constituere pignoratum, aut *creditorem* in re sibi quidem oppignorata, sed non simul iure feudi concessa, alteri feudum conferre pignoratum, aut denique ipsum *vasallum* ex feudo pignoratio alicui concedere quidem subfeudum, sed absque rei subinfeudatae oppignoratione, tum in his omnibus certe speciebus nullum versatur subfeudum pignoratum. Etenim in prima atque tertia specie sunt quidem subfeuda, sed nullum plane subfeudum pignoratum, quippe quod sua indole requirit *eundem vasallum*, cui a domino res oppignorata et in beneficium collata est, suo deinceps vasallo eandem rem iterum oppignorasse atque iure clientelari contulisse. In secunda autem nullum plane subfeudum adeoque minus pignoratum subfeudum deprehendimus, quoniam primus creditor a primo debitore rem oppigneratam simul iure feudi non acceperat, atque igitur pignoratum feendum tantum est inter creditorem priorem pignoratum et creditorem posteriorem, rem istam tam iure pignoris quam iure feudi accipientem. Ipsa autem feuda pignoratitia siue sint prima, siue subfeuda, variis modis variisque adiectis simul

simil qualitatibus constitui possunt. Praeter BVRCH.
 GOTTH. STRVVIVM atque SENCKENBERGIVM apud
 alium scriptorem, quotquot etiam inspicere atque legere mi-
 hi licuit, doctrinae alicuius non memini, quae diuersos
 pignoratitias clientelas concedendi modos complexa fuisset,
 et certe secundum vulgarium interpretum opiniones vna
 eademque feidis pigneratitiis adscribenda esset natura.
 Quamuis vero STRVVIVS in discernendis clientelis pigne-
 ratitiis valde a veritatis tramite aberrauerit, SENCKEN-
 BERGIVS tamen diuersitatis rationem optime docuit.
 STRVVIVS enim elem. Iur. feud. Cap. V. §. 20. duas feudi
 pigneratitiis formas laudauit minus curate compostas, illud ve-
 ro inquit, constituit, feendum nempe pigneratitium 1) domi-
 nus, qui pro pecunia credita de feudo creditorem sub nexu
 pigneratitio inuestit, 2) vasallus, qui consentiente domino
 feendum sub nexu pigneratitio in creditorem transfert. Eam
 autem diuidendi rationem non vere recteque a b. STRV-
 VIO subductam esse, vel inde patet, quod distinguendi fun-
 damentum a personarum diuersitate feuda pigneratitia
 concedentium desumserit. Hoc vero nulla ratione fieri
 potest, quia semper debitores creditoribus beneficium hoc
 in rebus iisdem oppignoratis conferunt, atque adeo, si ipse de-
 bitor non esset feudi dominus, etiamsi de feudo a vasallo
 oppignorato creditor a domino inuestitus esset, nun-
 quam inde efficitur feendum pigneratitium. Et certe non
 est nisi merum feendum a vasallo oppignoratum, a domino au-
 tem creditori iure feudi collatum, cuius schema SCHIL-
 TERVS in commentar. ad Ius feud. Alem. Cap. 100. ex
 Cod. MS. in medium produxit, ab ipso STRVVIO loc. cit.
 ex SCHILTERO quidem allegatum sed non plane perspe-
 ctum. Quam ob rem, ne iniurius erga manes viri de re-
 rum

rum gestarum Germaniae iuriumque clientelarium scientia
 optime meriti, viderer, ipsum hoc monumentum ex SCHIL-
 TER O quantum ad rem praesentem pertinet, mihi descri-
 bere liceat, ex quo satis abunde cuique veritatis cupido le-
 tatori adparebit b, virum hac in re aliquid humani passum
 esse. Huius tenoris est. *Sinen Hochwürdigen Fürsten Ru-*
*prechtern von Gots gnaden Pfalzgr. by Rinn und H. zu B**,*
Tun ich Heinrich der junge Herrn zu Erenberg kunt. Den
Turn und das Backhus — — das mir Herr Heinrich der
alte myn Oheim H. zu Erenb. versatzt hat und mir pfandes
stet, und das soll ich Heinrich der junge vorgen zu lehen
haben und halten von meinen Herrn den vorge schrieben
Fürsten, als min ander gut, das ich uon im zu lehen han,
als lange bis das der vorgen H. Heinrich der alte min Oheim
oder sin Erben dasselbe gut gelosent, und mich oder mine
Erben, — Curatiori vero atque foecundiori multum doctri-
na SENCKENBERGIVS varios feuda pignoratitii confe-
rendi modos in prim. lin. Iur. feud. §. 376. distinxit his
verbis: Quo etiam pertinet FEVDVM PIGNERATITIVM
vulgo Pfond Lehen s. Lehen Pfand, cuius varia natura est.
Modo enim 1) eo pacto datur, ut vasallus pignus hocce pro
feudo in posterum habeat, nec id relui queat vel 2) vt id re-
luere liceat et dein facta reluitione, vasallus tantundem, quan-
tum debitum valet, domino e propriis bonis offerat. Aut
3), ut reluitione facta plane omnis nexus inter dominum et
vasallum extinguatur. Et ita profecto virum consumma-
tae doctrinae atque diplomatum chartarumque medii aevi
peritissimum varias feudi pigneratitii formas secernere o-
porebat, ipsa rerum obuenientium veritate quoque satis
distinctas. Et omnes sane ex ipsis anteriorum seculorum
monumentis, quae supra exhibui, luculenter probantur.

D

Pri-

Prioris enim specie exemplum ex primo documento quod ab ipso SENCRENBERGIO §. II. accepimus. Secundi vero generis feudum pigneratitum ex altero Buderiano diplomate §. IV. descripto et tertiae tandem formae ex altera charta Senckenbergiana §. II. satis luculenter intelligere licet. Et profecto praeter hanc beneficia pigneratitia varii generis indulgenti rationem alias eiusdem formas ex ipso chartarum a viris doctis iam editarum adparatu proferre nemo potest. Et quamvis plures ex conceptu generis species tanquam possibles, ipsorum autem exemplorum veritate monumentorumque fide destitutas, euoluere liceret, hoc tamen artificium illis lubenter relinquo, qui sola rerum superficie delectantur et a me certe nunquam impetrabo, ut tantarum minutiarum mysteria alicui inuiderem.

FEVDI PIGNERATITII QUALITAS SECUNDVM IUS FEV-
DALE LONGOBARDICVM GENERATIM
SPECTATVR.

§. VII. VIII.

§. VII.

Sufficient haec, quae de feudorum pigneratitiorum notionibus atque discriminibus in genere disputauimus. Iam vero eius qualitas secundum Iuris feudalis Longobardici decreta a me spectanda est. Tam vehementer omnes iuris clientelaris interpretum animos occupauit doctrina, nullum fere Iure Longobardico feudis pigneratitiis quaerendum esse praefidium; adeo ut eorum indolem ex solis Germanorum moribus, curiarumque clientelarum institutis aestimare fas esset, praeter unum ARNOLDVM

KRVP-

K R V P P I V M , qui teste SIGELIO has beneficiorum formas Iuris feudales Longobardici constitutionibus subfultas esse adseruit, fundamentumque suae opinionis ex I. F. 11. et I. F. 28. petiit, cuius sententiae singulari studio magna que cum specie, se se opposuit SIGELIVS cit. *dissert.* §. 7. 8. 9. et 10. argumentis ex ipsa capitulorum Iuris feudalium Longobardici interpretatione deponit, quibus vero in labefactandis non difficile versabitur negotium. Totius beneficiorum pigneratitiorum cauſae, quam ex Iure Longobardico habent, momentum omnino postum est in capitulorum I. F. 4. §. 4. I. F. 11. I. F. 27. et I. F. 28. quae omnia eum in finem proferri possunt et solent, recta curataque expositione. Capitula I. F. 4. §. 4. et I. F. 11. tam quod ad speciem ipsam, quam quod ad veram sinceramque intellectiōnem mihi coniungenda esse videntur vnumque alteri lucem adsundere sane eximiam. Verba compilatoris I. F. 4. §. 4. haec sunt: *Similiter si aliquis possederit castrum, vel aliam rem et dominus dixerit, se pro pignore ei dedisse; et contrario ille dixerit, se accepisse pro feudo: si potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dedisset, tunc ille, qui tenet, domino restituat: vel probet supradicto modo, se POSTquam a domino PRO PIGNORE accepit, feudi nomine accepisse: et si dominus non poterit probare, se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius, qui possidet.*

SIGELIO si fides habenda esset, feudi pigneratitii nullum hoc capitulo extat vestigium. SIGELIVS enim miraculosa diuinatione censet, compilatorem in hac specie proponere illud debitum, in cuius securitatem pignus constitutum erat, iam extinctum esse debitoremque igitur post solutum iam pignus restitutionem rei pigneratae a creditore petuisse. Sed hac visione eo libentius carere

ad 29

D 2

possum

possimus, quo speciosior clariusque intellectus ipsorum verborum compilatoris adparet ex ipsa eius curata rei designatione, quae inter dominum et vasallum agebatur. Non enim dixit compilator, eum, qui inuestituram factam esse, contendit, probare debere *sé illam rem*, postquam creditum ipsumque pignus solutum esset, *feudi nomine accepisse*, sed urget, possessorem probare debere: *sé rem a domino F E V D I N O M I N E accepisse, POST Q V A M A D O M I N O P R O P I G N O R E ACCEPIT.* Tota, quam compilator tractat, species pertinet ad titulum materiamque *de contentione inter dominum super facta inuestitura feudi exoriente.* Possessor enim contendebat, se inuestitum esse remque adeo illam iure feudi possidere, dominus autem praetensus inuestituram negabat, seque illam rem possessori tantum pro pignore dedisse absque beneficio affirmabat. Et in hac contentione, quae super facto inuestiturae agitabatur, compilator controvrsiam hanc sequenti ratione decidendam esse censuit; *si dominus nempe rem, quam alter possidet pro pignore ei solum dedisse* contendit, vel dominus hanc suam affectionem probare potest, vel non. Posteriori in casu ex sententia compilatoris omnino recte beneque possessor defendendus est, *ad quam postrema huius capituli verba pertinent et si dominus non poterit probare, sé nomine pignoris dedisse, erit defensio illius, qui possidet.* Priorem vero casum continent verba huius capituli: *similiter — — accepisse;* adeo ut compilator in hoc casu possessori aut restitutio*nis ipsius rei pigneratae, aut reprobationis necessitatem iniunxit: sé nempe POST Q V A M a domino PRO PIGNORE accepit, feudi nomine accepisse.* Et quidem compilator possessori non quamecumque probationem et non quodcumque probandi medium relinquit, sed ab eo proba-

probationem *supra dicto modo praestandam* exigit, quam in §. III. prae*c.* huius capituli I. F. 4. descripsit, nempe quod possessor aut *per pares curiae*, aut *per breve testatum* probare debeat: *se a domino pro feudo inuestituram accepisse*, atque adeo ad haec probandi media per verba *supra dicto modo* se refert. Eandem plane probandi rationem ipse compilator expressis verbis requirit in eodem plane casu I. F. 11. quod quidem capitulum peculiari inscriptio ornatum fuit: *de pignori dato feudo quid iuris sit*, sed contra liquidam orationis seriem a priori titulo et materia, teste **CVIACIO**, separatum, quia in ipsa specie huius capituli I. F. 11. super facto inuestitutae inter dominum atque fidem quoque disputabatur. Verba compilatori sunt haec: *similiter si quis voluerit dicere: de pignore sibi dato, se inuestitum esse, non credatur suo iuramento, sed testibus idoneis, paribus donus vel curiae adeoque hoc capitulum priori, quod est I. F. 4. §. 4. non lucem tantum eximiam adfundit respectu modi probationis a vasallo possessore praestandae, sed etiam eandem plane beneficii speciem inuoluit qua possessor nempe contendebat, se a domino DE PIGNORE SIBI DATO inuestitum esse.* SIGELIVS quidem in exponendo hoc capitulo eandem plane vim infert compilatori, qua castam eius mentem in explicatione I. F. 4. §. 4. corrumperet ausus est; dum compilatorem de tali possessore loqui censet, qui contendit *se illam rem*, quam possidet, *quidem ante ex causa pignoris a domino accepisse*, *sed post solutum pignus se inuestituram super eadem re deinceps accepisse*. Verum ieunam esse SIGELII commentationem vel exinde iam satis sufficienterque intelligitur, quod compilator ipse verba: *DE PIGNORE SIBI DATO se inuestitum esse* secundum veram suam mentem decla-

D 3

rauerit

raverit *I. F.* §. 4. per verba *se POST QVAM a DOMINO pro PIGNORE accepit*, *FEVDI nomine accepisse*, adeoque feudum per inuestituram constitutum esse in re pignerata, nondum soluto pignore.

§. VIII.

Quae quum ita sint, in duobus his capitulis (§. praec.) compilatorem vera feudorum pigneratorum exempla proposuisse tam certum est, ut nulla praefecto dubitandi ratio animum meum subire possit. Si enim aliquis secundum *I. F. II. DE PIGNORE SIBI DATO* se inuestitum esse constitutur, aut secundum *I. F. 4. §. 4.* castrum, vel aliam rem feudi nomine accepisse *POST QVAM* eandem plane rem **A DOMINO PRO PIGNORE ACCEPIT**, id sane beneficiorum genus adest quod *in re pignerata a debitore oppignorante, eidem creditori, cui pignerata est, constitutum fuit*. Et hoc ipsum est **FEVDVM PIGNERATITIVM** secundum veram suam rectamque notionem. (§. V.). In speciebus enim a compilatore istis in capitulis propositis 1) *idem est feudi dominus, qui intuitu creditae pecuniae pignorisque constituti est debitor* 2) *idem est vasallus intuitu rei infeudatae, qui ratione eiusdem plane rei ipsi pigneratae creditaque pecuniae simul creditor est* 3) *eadem plane res quae infeudata est, simul propter pecuniam infeudanti domino creditam, pignerata est, adeoque ius pignoris atque ius feudi in eadem re eodemque in obiecto coniunctum est*. Proinde, nisi me omnia fallunt, satis superque adpareret, Longobardicos super re clientelari mores omnino etiam hoc beneficiorum genus suo ambitu comprehendere. Verum enim vero non haec existentia solum feudi pigneratitii secundum liquida Iuris feudalis decreta

ex

ex capitulo I. F. 28. extra omne prorsus dubitationis momentum evincitur, sed etiam praecipua eius natura, quam secundum mores curiarum clientelarium regni Longobardici habuit, ex eo satis luculenter simul intelligitur. Compilator enim in hoc tanti pretii monumento tam eximiam proposuit speciem ut, quae obtingerunt in Italicis feudorum curiis de hac beneficij forma iuris clientelaris principia, cuilibet facile adparere possint a praeiudiciorum velocitate remoto. Verba compilatoris sunt:

quidem obligauerat terram quandam suo militi: deinde si cum filius (sui) domini longum post tempus pecuniam offerendo pignus liberare voluisse, filius militis contendebat patrem suum a domino suo defuncto de praedicto pignore inuestitionem feudi accepisse. Vnde viri prudentes Mediolanensis interrogati laudaverunt, in electione filii militis esse, cum duodecim sacramentalibus iurare, patrem suum vel se, a domino suo per inuestitiram praeditam terram tenuisse; ita ut per 30 annos contestatio pignoris a parte domini aduersus ipsum, vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse iurare noluerit, filius defuncti domini necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus, defunctum militem inde per feudum inuestitum non fuisse. Quod si ita iurare recusat, inuestire ipsum filium militis domini filius de iam bita terra per feudum debet.

Species ipsa, quam compilator proposuit, luculenter docet,
 1. aliquem terram suam obligasse (pignerasse) suo militi,
 2. filium huius oppignorantis debitoris post LONGVM
 TEMPUS pecuniam obtulisse possessori soluendam, ipsiusunque
 pignus, hac creditae pecuniae solutione, liberare voluisse, 3.
 creditoris filium qui rem pigneratam accepérat adseruisse
 patrem suum a defuncto suo domino DE PRAEDICTO PI-

cessus

GNO-

GNORE inuestitionem feudi accepisse atque adeo illum resti-
tutionem rei pigneratae filio debitoris solutionem offere-
re denegasse. Litem hanc, quae inter possessorem et filium
pignerantis debitoris oriebatur, compilator secundum con-
silia virorum prudentum Mediolanensium ita dirimendam
esse statuit, ut possessori cum duodecim sacramentalibus
iurare liceret patrem suum, vel se ipsum a domino suo per
inuestituram ita tenuisse praeditam terram, ut PER TRI-
GINTA ANNOS contestatio pignoris a parte domini aduer-
sus ipsum, vel patrem suum facta non esset atque si possessor
hoc iuramentum praestare recusaret, ut tum filius defun-
cti domini necesse haberet iurare cum duodecim sacra-
mentalibus, defunctum militem IN DE per feudum inuestitum non
fuisse, adeo ut hic si hoc iuramentum recusaret, ipsum pos-
sessorem de iam dicta terra inuestire per feudum debeat.
In hac certe specie possessor pignoris qualitatem intuitu
ipsius rei, quam pater suus acceperat, non negabat, sed li-
berationem pignoris restitutionemque rei pigneratae ideo
detrectabat, quod de praedicto pignore se non inuestitionem
solum feudi accepisse, sed etiam per triginta annos contesta-
tionem pignoris a parte domini factam non esse adsereret,
adeoque lis tantum erat utrum possessor vel eius pater in eadem
terra pignerata feudum simul per inuestituram acceperit.
Et ex hoc capitulo, quod inter ceteras Iuris feudalis Lon-
gobardici sanctiones, quae feuda tractant pigneratitia, cer-
te praeципuum est, facultas reliundi rem oppigneratam, post
ipsum feudum pigneratum per inuestituram constitutum,
domino competens luculenta ratione aestimari potest. Ex
eo enim certe adparet 1) domino tantum intra triginta
annos, a tempore factae inuestiturae computandos reliundi,
atque adeo ipsum feudum simul finiendo potestatem competere,

adeo ut 2. post hoc tempus elapsum domino non amplius
 rem pigneratam luere, et per eam pignoris liberationem
 ipsum feudum pigneratitum extinguiere liceret. Prima huius
 feudi qualitas manifeste intelligitur ex tenore iuramenti, a
 posseffore in subiecta specie praestandi, se nempe, vel patrem
 suum a domino PER INVESTITVRAM terram tenuisse, ita
 ut per triginta annos contestatio pignoris a parte domini,
 aduersus ipsum vel patrem suum, facta non fuisset. Altera
 ram vero huius beneficii conditionem probant compilato-
 ris verba, quod si ita iurare recuset: INVESTIRE IPSVM
 FILIVM MILITIS, domini filius de iam dicta terra per
 feudum debet. Posita enim hac compilatoris decisione,
 quod nempe, filius defuncti domini, qui iurare non vult,
 defunctum militem super eadem re per feudum non fuisse in-
 uestitum, atque adeo qui factam inuestituram esse inde con-
 fitetur, ad renouationem inuestiturae obligatus sit, sua spon-
 te intelligitur, post triginta annos a prima inuestitura com-
 putandos, domino nullum ad reliuendam rem pigneratam
 aditum amplius patere, quia si post hoc tempus de nouo filium
 primi vasalli de feudo ipsoque pignore inuestire debet,
 necessaria simul efficitur consecutione, debitori ipsique
 feudi domino post hoc tempus elapsum, durante adhuc ne-
 xu feudali luere rem pigneratam non licere. His igitur
 praepositis, quae de existentia feudi pigneratitii eiusque
 qualitate in vniuersum spectata Iure feudali Longobardico
 mihi generatim dicenda erant, hoc beneficium facilitatione
 comparari potest cum ea ipsa indole, quam feudum pigne-
 ratitum habet secundum monumenta Germaniae medii aevi,
 supra tradita. Ex his enim ipsis chartis abunde certeque
 intelligitur, domino, nisi aut expresse facultati rem pigne-
 ratam infeudatamque reliundi renunciauerit, aut eam ad

determinatum tempus restrinxerit, quandoconque illi placuerit, potestatem competere rem oppigneratam reluendi, atque adeo inde ipsum simul extinguendi feudum (§. III. IV.) Iure autem feudali Longobardico facultas reluendi pignus infedatum post inuestituram primam ad tempus triginta annorum restringita est, eoque elopo domino rem oppigneratam luere non licet, quamuis omnino, postquam feudum deinceps alia ex ratione finitum fuit, ius reluendi pignus exercere possit. Vtrum vero Iure, quo hodie in Germania vtimur, feudali, haec potestas domini rem infedatum pigneratamque reluendi, ex Iuris feudalis Germanici mediis aevi monumentis, an vero ex Iuris Longobardici decretis aestimari debeat, sequenti capite *de iuribus et obligationibus, quae ex feudo pigneratio inter dominum et vasallum nascuntur copiosius disputab.* Quod denique ad capitulum I. F. 27. adtinet certe non est, quod hoc loco de eodem sollicitus sim. Non enim de feudo pigneratio agit, sed de eo quod propter pactum commissorium contractui pigneratio adiectum, constituendum esset quodque ad meam iam causam plane non spectat.

TANTVM.



NOBI.

**NOBILISSIMO
ORNATISSIMO QVE
R E S P O N D E N T I
P R A E S E S.**

Egregiae & bene quaesitae doctrinae publica in cathedra editurus specimen me voluisti conflictus habere moderatorem, quem in omnibus fere Iuris scientiae partibus habuisti doctorem. Ego autem me eo libenter Tibi filio eruditioris Tuae testem, quo magis per integrum profecto triennium mihi quotidie fere singularem certe probasti ardorem, in progressu studiorum Tuorum feliciter curateque perficiendo. Adeo plus olei quam vini a Te consumatum est, ut quaevis optima de Te praedicare valeam, Tibique amplissimos uberrimosque industriae Tuae fructus gratulari. Et his eximis Tuis conatus digna nunquam defutura esse praemia, auguror non vanus augur precorque ex animo. Quidquid vero ex his omnibus Tibi continget desideratum, iucundum auspiciatumque id omne Tibi contigisse gauifurum me semper fore equidem optime scio. Ita vale meque semper amare perge. Scrib. Traiecti ad Viadrum d. XXVIII. Iunii
 MDCCLXXVI.

E 2

VIRO

V I R O
P R A E N O B I L I S S I M O
A T Q V E
O R N A T I S S I M O

D I S S E R T A T I O N I S D E F E N S O R I

S. P. D.

L V D O V I C V S G O D O F R E D V S M A D I H N

I V R . P R O F . P V B L . E X T R A O R D . E T F A C .

I V R . A S S E S S .

Nihil mihi accidere potuit optatius quam hoc litterarum genus ad quod me humaniter vocasti, quoque occasione publice TIBI declarare possum, quanti TE faciam & quanti TE semper facturus sum. Non sine singulari elogio a nobis dimittendus erit. Namque ex quo nostram Almam Viadrinam salutasti, non solum diligentissimum TE praebeui iurisscientiae, haud fucatae, imaginarii visionibus haud inficetae, cultorem sed etiam ut nulla ex parte aliquid omitteres, TE strenuum eiusdem defensorem sistis publicum specimen disceptationis gratia proponendo, quo satis superque demonstras, non omnia anteriorum Iuris Antistitutum opera ita esse exculta atque exposita ut nostrae industriae nihil amplius relictum sit, & quo veram atque natuam indolem feudi pignoratitii, a multis quidem expositam, obscuratam autem magis quam illustratam, hodierno die iure quasi postliminiis restituis. Et ita liquido probas TE non

in

in aliorum verba iurasse sed proprio Marte anquirere, quid
verum sit quidque falsum reiecta prorsus DD. auctoritate,
qua tantum stipati incedunt, qui natura nouerca, & irata
Themide lirisprudentiae frustra operam suam dare solent.
Quod ad me adinet, persuadeas **TIBI** me, qui semper tibi
in hoc loco in rebus ad officium nostrum pertinentibus officio-
sus esse volui, in aliis adhuc officiosorem fore, quod **TIBI**
sancte spondeo, quandocunque mea facultas aut occasio tule-
rit. **TE** autem vi eodem amore eademque mentis inclina-
tione, quam mihi non una occasione significasti, me & impo-
rum prosequi velis, enixe rogo. **Scrib. Trai. cit. Viad.**
d. XII. Iul. MDCCLXVIII.

d. XII. Iul. MDCCCLXXVI.

E 3

PRAE-

P R A E N O B I L I S S I M O
 D O C T I S S I M O Q V E
 R E S P O N D E N T I
 A M I C O I N T E R P A V C O S C O N I V N C T I S S I M O

S. P. D.

O P P O N E N S

C. A. V I V I G E N T Z A W I N T E R F E L D

I. V. C A N D.

E Q V E S I N G Ü T E R B E R G E T F A L C K E N H A G E N .

Lture est quod bene fertur onus: Ita proverbiū audit,
 quod in Te merito cadit, qui in eo Te virum praestabis, quod
 controuerſiſſimam ſi quae unquam iuris clientelaris materiam
 e publica cathedra defendendam ſucepteris. Multos certe
 habes haud dubiae famae ICtos plane aliam in viam abeunt
 contra quorū opiniones folide aeque ac eleganter iuſurgis.
 Sed quin ſententiam Tuam propugnatetus ſis non ſpero quidem,
 ſed confido. Non debes mirari tantam in Te fiduciam
 meam, cum non amicæ ſolum conuerſationes vires tuas ex-
 plorandi occaſionem praebuerint gratiſſimam, ſed praeceptor
 Tibi etiam contigerit Madihnius, noſtri inter aeuī ICtos
 elegantiores merito fulgens. In quo quidem pari fortuna
 mecum uſus es, attamen in eius ſubſelliis ſediffe non minor
 laus eſt, ac Ciceroni ex Scœuolac ore iuris ſapientiam hauiſſe.
 Plura non addam, niſi ut maximas Tibi gratias debere pro-
 fitear de munere opponentis in me collato. De quo vti in ami-
 citiae incrementum defungi ſtudebo, ita ut mihi de donationi-
 bus ante nuptialibus mox diſputaturo idem officii praeſter,
 enixe rogo. Sic vale Tibique amicissimum iterum deamare
 ſtude. Dabam Traiect. cis Viadr. d. XVIII. Iunii
 MDCCLXXVI.

PRAE-

PRAENOBISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO
R E S P O N D E N T I
 AMICO E PAVCIS DILECTISSIMO

S. D. P.

IOANNES HENRICVS BVLCH
 MARCHICVS
 OPPONENS ORDINARIUS.

Exegisti eruditionis Tuae monumentum aere perennius,
 amice, dissertatione de antichresi ex feudo pigneratitio defen-
 denda. Quum mihi aduersarii demandaueris partes, lu-
 benter in me hanc suscepit prouinciam, ne occasionem, publice
 Tuam admirandi iuris clientetaris scientiam, praetermittere
 viderer. Gratulor de Te patriæ, gratulor Tibi ipsi de
 stadio academico feliciter emenso, gratulor mihi, quem Tu
 amplexus es amore, amicitiaque. Optimis in patriam re-
 uertaris auspiciis. Ex animi sententia Tibi cuncta succe-
 dent. Seruet Te summum numen semper incolumem mihi
 que amicum. Iterum iterumque Vale. Dabam Traiecti cis
 Viadrum. Ipsis idibus Ian. A. S. R.
 CLOCCCLXXVI.

MON-

MONSIEVR!

I
Le suis bien ravi de Vous voir finir heureusement la carrière de Vos études, auxquels Vous mettés le comble par ce que Vous allés monter la chaire pour donner des preuves publiques & éclatantes de Votre érudition & profond savoir dans la jurisprudence. Le Vous en félicite, & personne n'y peut prendre plus de part que moi, mais dis je, à qui Vous avez donné toujours des marques convaincantes d'une amitié sincère. C'est aussi dans la dernière occasion, que Vous me la remoignez où Vous voulez que je sois un de Vos opposants; j'Vous rends graces très humblement de l'honneur que Vous me faites, mais je Vous dis aussi par avance que je n'accepte cette charge que pour être témoin de Votre connoissance solide en matière de droit, afinque j'aide à guinder les couronnes, dont Themis Vous va couronner. Je suis tout penetré de joie quand je fais reflexion de Votre bonheur, quand je considère, que la patrie Vous attend, pour Vous offrir les bonheurs, que Votre méri- se a droit d'exiger; mais la pensée que Vous quitterés bientôt ce lieu, que Vous m'abandonnés, me trouble, m'afflige, car j'y perds beaucoup. Cependant il faut céder au sort fatal, & Votre fortune m'offre le plus précieux dit monde. Allés donc récueillir les fruits de Votre diligence, jouissé d'une santé parfaite & d'une longue vie qui ne soit jamais altérée par quelque accident facheux. Voilà Monsieur, les sentiments que j'ai pour Vous & il ne me reste qu'à Vous prier de me conserver Votre amitié & d'être persuadé que je serai toute ma vie

MONSIEVR

à Francfort
ce 12. Juillet
1776.

Votre très humble & très
sincère ami
FREDERIC LEOPOLD RAVE
opposant


Frankfurt a. O., Diss., 1776-97

ULB Halle
007 520 611

3



N 718



Farbkarte #13

B.I.G.

DISSEMINATIO PRIMA
DE
ANTICHRESI
EX
FEVDO PIGNERATITIO

QVAM
PRAESENTE
GEORGIO SAMVELE MADIHN
IVRISCONSVLTO ET ANTECESSORE
ACADEMIAE REGIAE VIADRINAE
D. IVNII MDCCCLXXVI.
IN AUDITORIO IVRISCONSVLTORVM
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT
IOANNES GEORGIVS FRIDERICVS SCHMIDT
FREIENWALDENSI.



TRAJECTI CIS VIADRVM,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI.

